

www.e-rara.ch

**Theses has subsequentes de artis medicae definitione & divisione
Praeside Viro Clariss. D.D. Thoma Erasto, syn Theō defendere
conabitur M. Theophilus Maderus, A. D. VI. Kal. Sextil. hora & loco ...**

Erastus, Thomas

Basileae, 1583

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-175>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

67.
THESES
HAS SVBSEQUEN-
TES DE ARTIS ME-
DICAE DEFINITIONE
& diuisione

Præsides Viro Cla-
riss. D. D. THOMA ERA-
STO, (ὡς Θεῶν defendere
conabitur

M. THEOPHILVS MA-
DERVS

A. D. 11. Kal. Sextil. hora 6
loco consuetis.

BASILEAE, EX OFFICI-
na Oporiniana.
1583.



Catalog

I.

Medicinæ vox propriè curatiue parti,
 quæ primò ob necessitatem est con-
 stituta, minus propriè conseruatiuæ
 tribuitur. At quia tota ars vulgò, à
 præcipua parte sumta denominatione, Medici-
 na nuncupatur, nos quoq; in hac significatione,
 tanquam maximè trita & vsitata, id nomen v-
 surpamus.

II.

Ac licet non ad solius hominis, sed & bruto-
 rum, immò quorumuis corporum animatorum
 sanitatis procurationem extendi queat: hîc ta-
 men de Medicina sermo nobis est, vt humane sa-
 nitatis curam gerit, de qua *πρώτως* (quum sit ex
 earum numero uocum, quas Aristoteles *ἀφ' ἐνὸς*
ἢ πρὸς ἑπ' appellare consueuit) effertur.

III.

Definiri posse uidetur Medicina, Ars ad hu-
 mani corporis sanitatē tuendā ac reparandā cō-
 parata.

IV.

Etenim quinque sunt habitus intellectus sem-
 per veri, Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia &
 Intelligentia, 6 Eth. 3. Medicina igitur, quia in-
 ter habitus intellectus numeratur, ad aliquē ex
 illis quinque pertinebit.

V.

Non verò sub Prudentia cōtineri liquet. Nā

Prudentia in $\pi\rho\alpha\kappa\tau\omicron\iota\varsigma$, Medicina in $\pi\omicron\iota\nu\alpha\tau\omicron\iota\varsigma$ cōfi
stit.

VI.

Nec ad Scientiam referri potest, nisi Sciētiam
impropriè pro quavis cognitione accipias, quo
modo in arte Medica per Scientiam definitur.
A Scientia quippe propriè dicta cum alijs mo-
dis, tum fine & obiecto distat. Fine quidē, quo-
niam scientia in sola θεωρία seu cognitione (quē
admodum & Intelligentia ac Sapientia) acqui-
escit: medici contra omnis contemplatio opera-
tionis gratia suscipitur: obiecto vero, quum Sci-
entia circa res necessarias seu ἐπιστηλὰς, 6 Eth. 3. si-
ue ὑπὸ τῷ ὄντι, 2 Post. ult. at Medicina ὑπὸ τῷ γινώσκοντι
& contingentia occupetur.

VII.

Multò minus sub Intelligentia, quæ habitus
est principiorum, seu τῶν ὀρίων, 6 Eth. 6 & 8. com-
prehendi, apud omnes eruditos extra cōtrouer-
siam positum existimamus.

VIII.

Deniq; quum Sapientia Scientiam cum Intel-
lectu coniungat, & quasi Scientia capite prædita
dicatur 6 Eth. 7. patet Medicinæ, quam a Scien-
tiæ & mentis natura & conditionibus alienam
monstrauimus, tam sublime nomen ac genus ne
quaquam competere.

IX.

Concludimus igitur, Medicinam ad aliū
Intellectus

Intellectus habitum, quàm Artem, reduci non
posse.

X.

Artem hoc loco propriè sumimus, pro habi-
tu cū recta ratione effectiuo, 6. Eth. 4. Nam im-
propriè quamlibet disciplinam, siue θεωρητικὴν,
siue πρακτικὴν, siue ποιητικὴν denotare solet.

XI.

Artiū, quæ aliquid efficiunt, tria genera Gal.
recēset de opt. secta ad Thrasybulum, quæ vide-
licet res nōdum existentes producant, quæ res
factas cōseruant & reparant, quæ deniq; vtrum
que præstant. Ex hisce Medicina ad tertium ge-
nus non incommodè reuocari posse videtur.

XII.

Subiectum artis Medicæ, quatenus artificis
ope formam quandam consequitur (quo signifi-
cato Subiectum in Arte propriè dicitur) cor-
pus humanum constituimus.

XIII.

Finis in arte à forma subiecto imprimēda non
differt. Itaque rectè Gal. Medicinæ finem sanita-
tem statuit.

XIV.

Porro in arte nostra, sicut in qualibet alia, re-
quiritur cognitio subiecti, 1. Eth. 13. itemq; finis
(tum quid sit, tū quod ab artifice introduci que-
at) à quo omnis artis constitutio sumit initium,

teste Gal. de opt. secta ad Thrasyb. ac demum in
strumentorū, quibus finem cōsequamur. Quo-
circa rectē veteres quinque partes Medicinę assi-
gnarūt, φυσιολογικῶν, παθολογικῶν, σημειωτικῶν,
ὑγιεινῆς & θοραπιευτικῆς, tribus scopis dictis satis
facientes.

XV.

Physiologica pars de rebus naturalibus vul-
gō appellatis, hoc est, de corporis humani con-
stitutione & functionibus agit, quō partim sub-
iectum, partim finis innotescat. Non enim re-
ctē quisquam de reb. à naturali constitutione re-
cedentibus iudicare valet, si, quæ secundum na-
turam habeant, ignoret. Disputat ergo de ele-
mentis, temperamentis, humoribus, partibus,
facultatibus, spiritibus, & actionibus.

XVI.

Παθολογικὴ & σημειωτικὴ præcipuē ad finis
cognitionem faciunt. Nam cōtrariorum eadem
est ratio. Itaque res præter naturam, causæ nimi-
rum morborū, morbi ipsi, & symptomata, hac
in parte tractantur: sicut & signa morborū cum
διαγνωστικά, tum προγνωστικά.

XVII.

Υγιεινὴ & θοραπιευτικὴ tertio scopo inserviūt,
finis ipsius siue sanitatis præsentis tuitioni, ac ab-
sentis reparationi.

XVIII.

XVIII.

Υγιεινὴ quidem Res non naturales confiderat, quæ essentiã corporis nostri non complent, sed foris aduenientes id necessario alterant, siq̃ legitimè adhibeantur, sanitatem cōseruare queunt. Vnde Galeno αἰτία φιλακτικὰ dicuntur Artis Medicæ cap. 85.

XIX.

Eiusmodi sex numero recensentur, Aër, Cibus & Potus, Motus & Quies, Somnus & Vigilia, Excretio & Retentio, & Animi affectus.

XX.

Θεραπευτικὴ verò rationem morbos profligandi tradit, per diætam, pharmaca & cherrurgiam.

F I N I S.

XVII

Y. ...
...
...
...
...
...
...

XVIII

...
...
...
...
...
...
...

XIX

...
...
...
...
...
...
...

XX